



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XII. Meinhard, Bischof von Halberstadt, bestätigt die von seinem Vorgänger im Jahre 1235 getroffene Anordnung wegen der heidnischen Bewohner Diesdorfer Klosterorte, im Jahre 1245 (?).

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XII. Meinhard, Bischof von Halberstadt, bestätigt die von seinem Vorgänger im Jahre 1235 getroffene Anordnung wegen der heidnischen Bewohner Diesdorfer Klosterorte, im Jahre 1245 (?).

In nomine sancte et individue trinitatis. Meinhardus, dei gratia Halberstadenfis Episcopus, quicquid a predecessoribus nostris ad Dei honorem et ecclesiarum profectum nobis in domino suffragantium rite actum est, auctoritatis nostre munimine renouamus. Gratiam itaque, quam pie recordationis Fredericus, quondam Halberstadenfis Episcopus, ecclesie fecit in Distorp anno domini M^o. CC^o. XXXV^o. conferendo decimas villarum istarum Kuzerestorp, Honlege, Modenburch et item Modenburch liberaliter duximus roborandam. Vt autem homines villarum istarum, qui nondum fidem catholicam susceperunt, sed adhuc tenentur paganis ritibus irretiti, ad unitatem vere fidei inducantur, prepositus ecclesie memorate Theodericus in una villarum ipsarum ecclesiam construere diffiniuit, ut magis ex hoc ad fidem suscipiendam eorum deuotio excitetur. Cum autem edificata ibi fuerit ecclesia postmodum ab ecclesia in Distorp nostre ecclesie ferto argenti annis singulis ad luminaria persoluatur, et omnes ville ille ad unam ecclesiam, que in aliqua villarum ipsarum constructa fuit, pertinebunt. Si autem predicti homines, Slavi scilicet, suis ritibus renunciare noluerint, Teutonici catholice fidei cultores substituuntur eisdem. Ad maiorem hujus facti firmitatem hos testes subnotamus Wiegerum Halberstadensem Decanum, Burchardum Vicedominum, Cononem de Dieholte, Gerardum, nostre maioris ecclesie canonicos, Ludolfum abbatem de Huisborch, Rudolfum sancti Johannis prepositum, Heinricum de Scheninge prepositum, Godefridum de Renstede plebanum. Datum anno domini M^o. CC^o. XLVI^o. pontificatus nostri anno quinto.

Gercken's Dipl. II, 161—164. Diese Urkunde ist in Gercken's Abdruck zwar vom Jahre 1246 datirt; da dieselbe jedoch in dem fünften Jahre von Meinhard's Episcopat ausgefertigt und in der Urkunde vom 10. Juni 1245 als schon erlassen erwähnt ist, so dürfte dieselbe gleichwohl in das Jahr 1245 gehören.

XIII. Das Domcapitel zu Halberstadt bestätigt die Anordnung der Bischöfe Friedrich und Meinhard wegen der Errichtung einer Christlichen Kirche in den Wendischen Dörfern des Klosters Diesdorf, am 10. Juni 1245.

Hermannus prepositus, Wigerus decanus totumque Halberstadenfis ecclesie capitulum omnibus hoc scriptum auditoris eternam in domino salutem. Vt nostris gesta temporibus a sui tenoris constantia non recedant certis solent scripture noticiis confirmari. Gratiam itaque quam pie recordationis Fredericus, quondam Halberstadenfis Episcopus, ecclesie fecit de Distorp anno domini M^o. CC^o. XXXV^o. conferendo decimas villarum istarum Kuzerestorp, Honlege, Modenburch item Modenburch, et sicut dominus noster Meinhardus nunc Halberstadenfis Episcopus eandem gratiam auctoritatis sue munimine renouauit, ita ipsam gratiam habemus et acceptam. Vt autem homines predictarum villarum, qui nondum fidem catholicam